ptē:quarū quelibet ſit.32.pars toti⁹ exceſſus:⁊ ſequit̄ ꝙ plus ꝙ̄ 16ᵃ pars toti⁹ ꝓportionis deꝑdet̄. ¶ Per hās maniſeſte ↄcludit̄ ꝙ ſimplex hñs vnā ptē vltra cētrū:⁊ aliā citra cētrū ipſm ad centrū nō poterit deuenire:ita ꝙ me^m eius fiat mediū mūdi ſicut eſt ſimplex colūnare:ꝗa ſi ſic ſit.a.iſta terra cui⁹ mediū ſit.c.⁊ ſit.d.me^m mūdi:⁊ ſit aliq̄ pars vltra centrū:⁊ vocet̄ ↄtinue tota pars que erit vltra cētrū.b.tunc.c.diſtat a.d.ꝑ certā diſtātiā:que.ſ.eſt medietas toti⁹ exceſſus ptis citra cētrū mūdi qḋ eſt.d.ad partē vltra.d.ꝗa capiat̄ iſta pars que eſt citra.ſ.inter.c.d.tūc iſta pars eſt pars medie^tis iferioris.a.que diſtātia ſit.e.ſeq̄t̄ ḡ ꝙ tota medietas.a.excedet.b.ptē:que eſt vltra cētrū.d.ꝑ tantū quātū eſt.e.⁊ medietas vna.a.eſt alteri eq̄lis:ḡ medietas ſupior.a.excedit.b.ptē ꝑ tātū quātū eſt.e.⁊ ſic ſeq̄t̄ ꝙ medietas.a.⁊ ↄtinēs tātū quātū.e.eſt excedūt.b.ptē ꝑ tātū quātū ↄtinet duo.e.Sȝ pars.a.citra cētrū.d.eſt medietas ipſius.a.⁊ pars equalis.e.diſtantie que eſt diſtātia inter.c.d.ergo ſequit̄ ꝙ tota pars.a.citra.d.excedit totam partē vltra.d.per tantū quātū ↄtinēt duo.e.⁊ ſi ſic:ſequit̄ ꝙ diſtātia iter.c.d.eſt eq̄lis medie^tati exceſſus ptis citra.d. ad ptē vltra.d.vbi.ḡ.ſi totū eēt q̄ntitatis q̄drupedalis:cui⁹ vna pedalis eēt vltra.d.⁊ tripedale eēt citra.ſeq̄t̄ ḡ ꝙ exceſſus ptis citra.d.ad ptē vltra eēt bipedale:qḋ eſt duplū ad diſtātiā iter.c.⁊.d.que eſt ſolū pedalis.Silr̄ ſi pedale ⁊ ſemipedale ipius eēnt vltra cētrū.d.bipedale ⁊ ſemipedale eēnt citra.ḡ exceſſus eēt pedalis:⁊ diſtātia iter.c.d.ſolū eēt ſemipedalis:vt ↄſtat.Pȝ ḡ gñalr̄ ꝙ ſi alicui⁹ ſimplicis vniformis compōnis ſit vna pars minor ꝙ̄ medietas vltra cētrū mūdi exceſſus ptis citra cētrū ſupra ptē vltra cētrū erit du⁹ ad diſtan^tiā iter cētrū iſti⁹ terre ⁊ cētrū mūdi.



Diuidat̄ ḡ diſtātia iter.c.cētrū ipi⁹ terre:⁊.d.cētrū mūdi in ptes ꝓpor^les:⁊ ſint minores ptes v̄ſus.d.⁊ ar⁹ ſic per trāſita ꝓ^a pte ꝓpor^li iſtius diſtātie a.c.pūcto deꝑdet̄ medietas diſtātie inter.c.d.pūcta:⁊ diſtātia inter.c.d.ↄtinue erit eq̄lis medietati exceſſus ptis citra cētrū ad ptē vltra deꝑditā:⁊ que auferet̄ a pte citra.d.centri addet̄ pti reſidue ꝓciſe:vt notū eſt.ḡ per ꝓ^am regulā ꝓportio ptis citra.d.cētrū ad ptē vltra minorabit̄ vltra ſubdup^m.Et ꝑ ↄñs mot⁹ ei⁹ erit tūc remiſſior ꝙ̄ ſubduplus ad ꝓpor^em ꝓbabitā ſeu motū ꝓbabitū:⁊ ſic etiā ptrāſita 2ᵃ pte ꝓportionali illius diuiſionis minorabit̄ exceſſus ad ſubduplum:ꝗa in omni parte ꝓportionali iſtius diſtātie minorabit̄ diſtātia inter c.d.pūcta ad ſubduplū:que diſtātia ↄtinue erit ſubdupla ad exceſſum ptis citra.d.ad partē vltra:⁊ ſic in ꝓ^o cuiuſ

libet ptis ꝓportionalis poſterioris erit mot⁹ remiſſior ꝙ̄ ſubduplus ad motū habitū ad ꝓn^m partis ꝓportionalis iſtius diſtātie imediate ꝓcedētis.ergo ſi ſup quācūq; ptē ꝓportionalē mouerēt̄ gradu ſubduplo ad gradū quo ad ꝓn^m iſtius mouebat̄ in nullo tpe finito deueniret.c.pūct⁹ ad.d.punctū:ſed nūc ſup oēm partē ꝓportionalē erit motus tardior ꝙ̄ eſſet tūc:ꝗa ſup oēm partē ꝓportionalē remitteret̄ mot⁹ plus ꝙ̄ ad ſubduplū:ḡ nūc in nullo tpe finito deueniet.c.pūctus ad.d.punctū.ↄñtia iſta nota eſt:et ↄñtia ꝓxima etiā pȝ:ꝗa ſi ſup oēȝ partē iſtius diſtātie moueret̄.c.pūct⁹ equalr̄ ſicut mouebit̄ ad ꝓn^m iſtius ptis:ex quo 2ᵃ pars ꝓportionalis eſt in duplo minor ꝓ^a:⁊ motus in 2ᵃ eēt minor ꝙ̄ ſubduplus ad motū in ꝓ^a:maius tēpus regreret̄ ad ptrāſitionē ſcḋe ptis ꝓportionalis ꝙ̄ ad pertrāſitionē ꝓme.Et per idē arg^m maius tēpus regreret̄ ad pertrāſitionē 3ᵉ ptis ꝓportionalis ꝙ̄ ſcḋe:⁊ ſic in ifinitū:ḡ tūc in nullo tpe finito trāſiret.c.totā illā diſtātiā.ḡ vt ꝓus a multo fortiori nūc nō ſufficit totū ptrāſire:qḋ fuit ꝓbādū. ¶ Uel ſic arguit̄ breuius.Jlle exceſſus iſtius ptis citra.d.ad ptē vltra.d.tardius ⁊ tardius ꝓportionabilr̄ cōtinue diminuet̄:ḡ in nullo tpe finito deperdet̄ iſte exceſſus ad nō gradū.ↄñtia tenet:ꝗa ſi ad nō gradū deꝑderet̄ aliqñ eſſet aliquātus:⁊ aliqñ ſubduplus:⁊ aliqñ ſubq̄druplus:⁊ ſic in ifinitū:qḋ nō eēt niſi ifinite ꝓportionabilr̄ diminueret̄:vt cōſtat.Patet ḡ ↄñtia:⁊ añs arguit̄ ſic ꝓportionabilr̄ ſicut mot⁹ erit tardior:ita tardius deꝑdet̄ exceſſus:ſȝ mot⁹ velocius ꝓportionabilr̄ remittet̄ ꝙ̄ exceſſus:ḡ exceſſus tardi⁹ ⁊ tardius ꝓportionabilr̄ remittet̄.ↄñtia ꝓbat̄:ꝗa ſi in ea ꝓportione ꝓceſſe in qua exceſſus erit minor eēt ſua deꝑditio minor:tūc vniformiter ꝓportionabiliter diminuet̄ exceſſus:vt pȝ.ſȝ ↄtinue ſua deꝑditio ⁊ motus erit in maiori ꝓportione minor ꝙ̄ eſt in ꝓn^o ꝙ̄ ille exceſſus vt pȝ.ḡ exceſſus iſte tardi⁹ ⁊ tardius ꝓportionabilr̄ diminuet̄.Añs pȝ:ꝗa per vltimā regulā veloci⁹ ꝓportionabiliter minorabit̄ ꝓportio illarū partiū:quarū.ſ.vna eſt citra.d.cētrū ⁊ alia vltra ꝙ̄ iſte exceſſus:⁊ eque ꝓpor^r minorabit̄ mot⁹ cū iſta ꝓportione:ꝗa mot⁹ iſte correſpōdet illi ꝓpor^ni ⁊ ↄtinue correſpōdebit.ḡ velocius ꝓpor^r ↄtinue minorabit̄ mot⁹ ꝙ̄ exceſſus vnius ptis ſupra aliā. Patet ḡ minor ꝓ^e ↄñtie:⁊ maior ſic arguit̄ ꝓpor^r ſicut motus erit tardior:ita tardius minorabit̄ pars citra cētrū:ꝗa nō minorabit̄ niſi per motū eius:⁊ equeuelo^r etiā maiorabit̄ pars vltra.d.cētrū:⁊ tota deꝑditio exceſſus eſt ex maioratione vnius ptis:que.ſ.eſt vltra.d.⁊ ex minoratiōe ptis citra.d. ḡ eque ꝓpor^r minorabit̄ deꝑditio exceſſus ſicut mot⁹ localis illi⁹.c.pūcti:ſeq̄t̄ ḡ intētū ꝙ tardius ⁊ tardius ꝓpor^r minorabit̄ ille exceſſus:ꝗa ſi ſic nunꝙ̄ deueniet ad nō gradū.Sed ſi.c.pūct⁹ deueniet ad.d.exceſſus iſte ad nō gradum diminueret̄:ꝗa tūc pars citra cētrū parti vltra illud cētrū erit eq̄lis:ḡ nunꝙ̄ deueniret.c.ad.d.qḋ fuit ꝓncipaliter intētū. ¶ Quāuis iſte regule ꝓcedētes q̄dāmodo ad ꝓportionē huius cōcluſionis ſic ponantur:poſſunt tamen ad multa alia deſeruire.

Deductio 2ᵉ breuior

Si cōceditur ↄcluſio ꝓncipalis ad quā deducit̄: ſeq̄t̄ ꝙ alicuius corꝑis nālis eēt appetit⁹ maxime ſibi nālis oīno ocioſus:qḋ enī eſt in ſpecie terre nāliter appetit cētrū mūdi. Si ḡ ad idem nō poſſet deuenire vanus eēt eius appetit⁹.ↄñs falſum:ḡ ex quo ſequit̄. ¶ Jtē data ↄñe ſequit̄ ꝙ aliqḋ eſt graue:cui⁹ grauitas ſi maneret intēſo igne in ipſo totū intēderet motū eius deſcēſus rōne iten^ſe leuitatis.ↄñs ĩpoſſibile vt apparet:ꝗa ignis nāliter appetit v̄ſus ſurſum:non ḡ iuuabit graue ad deſcēſum.Et ꝙ ↄcluſio ſequat̄ arguit̄ ſic:detur mixtū cuius vna pars minor tñ ꝙ̄ medietas ſit vltra cētrū mūdi:in qua pte intēdat̄ ignis:tunc ille ignis appetit moueri

Contra concluſionem deductam.

v̓ſus ſurſum: ſed illo igne aſcendēte totū nec̄io deſcēdet. ǧ
ille ignis iuuabit ad deſcēſuꝫ illius mixti. Si ǧ ſtaret gra
uitas rōne mteſionis illi' ignis totū mixtū nec̄io deſcede
ret. ❡ Itē ſequit̄ ꝙ dato mixto vniformi in vacuo qd̄ eēt
graue illud ſi nature ꝓpe relinqueret̄ in eternū moueret̄:
cuius .ſ. vna pars minoꝛ ꝙ̄ medietas eēt vltra cētrū: quia
nunꝙ̄ deueniret ad centrū ⁊ ꝯtinue moueret̄ ꝙ̄diu diſta
ret a cētro: hoc ſic pꝫ grauitas citra cētrū cū leuitate vltra
ꝯtinue appetet ad totī' deſcēſum ⁊ ſolū grauitas vltra cē
trū cum leuitate citra appetet ne totū deſcēdat. Sed gra
uitas citra cētrū: ⁊ leuitas vltra ꝯtī' maioꝛis potētie erunt
ꝙ̄ grauitas vltra cētrū ⁊ leuitas citra: ǧ totū ꝯtinue deſcē
det. Maioꝛ ſic arguit̄: grauitas citra cētruꝫ ꝯtinue nititur
v̓ſus deoꝛſum: ⁊ leuitas vltra cētrū ꝯtinue nitet̄ v̓ſus ſur
ſum. Sed ſi pars citra cētrū moueret̄ v̓ſus deoꝛſum totū
deſcēderet: ⁊ etiā ſi pars vltra cētrū aſcēderet totū deſcē
deret: ǧ illa leuitas iuuabit ad deſcēſuꝫ cū grauitate citra.
Cōſilr̄ arguit̄ ꝙ grauitas vltra cētruꝫ reſiſtit ⁊ leuitas ci
tra cētruꝫ ſilr̄. pꝫ ǧ maioꝛ. Minoꝛ etiā arguit̄ ſic: ex quo totū
mixtū eſt vniforme tūc ꝯtī' erit ꝓpoꝛtio grauitatis citra
cētrū ad ſuā leuitatē ſicut grauitatis vltra cētrū ad graui
tatē ſecū extēſam: quaꝝ grauitatū ⁊ leuitatuꝫ grauitas ci
tra cētrū eſt maxima: ⁊ leuitas vltra cētrū minima: ǧ ꝯtī'
erit ꝓpoꝛtio maioꝛis inec̄litatis iter grauitatē citra cētrū
cuꝫ leuitate vltra ad grauitatē vltra cū leuitate citra. ꝯn̄s
Regula ꝓ poꝛtionē. tenet per h̄ ſi ſint 4^or termini ꝓpoꝛ^les eadē ꝓpoꝛ^ne geome
trica: quoꝝ p̄mus ſit maximus ⁊ vltimus minimus. p̄mus
⁊ vltimus ſimplr̄ aggregati plus aliꝭ duob^s ꝯſtimēt. Se
quit̄ ǧ ꝙ idē mixtū ꝯtinue deſcēdet ⁊ nunꝙ̄ deueniat ad
cētrū: q2 tūc aliqñ diminueret̄ exceſſus po^e motiue ſupra
po^tem reſiſtiuā ad nō gradū. Sed ꝯn̄s eſt falſum: q2 tar
dius ⁊ tardius ꝓpoꝛ^r ꝯtī' diminuet̄ exceſſus ille: q2 eq̄ue
lociter diminuet iſta po^a motiua ſicut alia po^a maioꝛabit̄
.ſ. reſi^a: q2 eq̄uelo^r diminuet̄ grauitas ex vna p̄te ſicut ex
alia maioꝛabit̄: ⁊ etiā eq̄uelo^r minoꝛabit̄ leuitas ex vna
p̄te ſicut ex alia maioꝛabit̄. ǧ per vltimā regulā velocius
ꝓpoꝛ^r minoꝛabit̄ mot' ꝙ̄ exceſſus: ⁊ finita erit ꝓpoꝛ^o mo
tus ad minoꝛatiōeꝫ exceſſus: ǧ nunꝙ̄ deueniet exceſſus il
le ad nō gradū. ꝯn̄ria pꝫ per ar^m p̄us factū. ❡ Itē ex pōne
4 ſeq̄t̄ ꝙ graue nāliter mouēs ad cētrū, ab eodē cētro nāli
ter recedet. Sit eiꝫ .a. graue: cui' vna pars ſit .d. ſ. tota vltra
cētrū que ſit ꝯtī' mixta ⁊ reſidua pars pura ⁊ ſit grauitas
vni' medie^tis eq̄lis grauitati alteri' medietatis: tūc h̄ mix
tuꝫ mouebit̄ ad cētruꝫ: q2 tota grauitas citra cētrū erit cō
tinue maioꝛ tota grauitate vltra: ⁊ p̄ter h̄ leuitas vltra cē
truꝫ ꝯtinue iuuabit ad ei' deſcēſum: ǧ iter totā po^tem motī
uā ⁊ po^tem reſiſtiuā erit ꝯtī' maioꝛ ꝓpoꝛtio ꝙ̄ ſit ꝓpoꝛtio
po^e aggregate ex me^te iſtius grauitatis ⁊ tota iſta leuitate:
⁊ per ꝯn̄s per motū ei' poterit in certo t̄p̄e deuenire ad cē
trum. Et ꝙ nāliter recedet ab illo cētro ꝓbat̄. ſit inſtās in
quo erit ad cētrū: tūc in illo iſtāti erit grauitas vnius me
dietatis eq̄lis grauitati alteri' medie^tis: ⁊ tota leuitas incli
nabit v̓ſus ſurſum: ǧ tot' nixus ad deſcēſum terre vltra cē
truꝫ erit maioꝛ ꝙ̄ reſi^a terre vltra cētrū. pars .n. citra cen
trū appetet deſcēdere: ex cui' deſcēſu ſe^r aſcēſus totī' ter
re: ⁊ per ꝯn̄s tūc totuꝫ incipiet moueri ⁊ recedē a cētro: ex
quo ſeq̄t̄ ꝙ graue nāliter aſcēdet ⁊ nāliter quieſcet extra
me^m mūdi: q2 ſignet̄ in caſu ꝓximo vna pars iſti' grauis
que ſi eēt vltra cētrū eēt tāte po^e ſicut eſt terra citra ad cen
trū cuꝫ leuitate vltra: ⁊ ſeq̄t̄ ꝙ tūc erit ꝓpoꝛ^o eq̄litatis iter
mouēs ⁊ motū: ⁊ per ꝯn̄s tūc nō erit mot' eius. Ex his ǧ ⁊
maxime ex ꝯne p̄^a deducit̄ illaꝫ pōnem foꝛe falſam.

Alia pō Ideo foꝛte ponit̄ alia poſitio. vꝫ. ꝙ pars ex vna
p̄te cētri nō appetit reſiſtere: nec reſi
ſtit p̄ti ex alia p̄te cētri neq3 totī ne ip̄m deſcēdat: ſꝫ q2 eſt
pars totī': ideo appetit vt me^m totī' ſit mediū mūdi. ❡ Cō 3 pōnem.
tra iſtā pōneꝫ ſic ar^r. Idē eſt locus nālis cuiuſlibet partis
elm̄ti ⁊ totī': quē locū oēs p̄tes appetūt: ſi eēnt ſep̄ate a to
to: nō .n. eſt maioꝛ ratio q̄re vna pars ſep̄ata appeteret il
lū locū nālē ꝙ̄ alia. Ex quo ſic ar^r. Iſta pars que ē ex alia
p̄te cētri ſi per ſe eēt nō ꝯiūcta p̄ti reſidue nāliter inclina
ret̄ ad cētrū: vꝫ. ſ. cētrū ei' eēt cētruꝫ mūdi. Sꝫ illud qd̄ eſt
alicui nāle nō auferet̄ ꝓꝑ ei' ꝯiūctionē cuꝫ alio eiuſdē ſp̄ei
cuꝫ illo: q2 ꝓꝑ h̄ in eius nā nulla ſit mutatio: ǧ adhuc illa
pars ꝯiūcta totī qñ eſt pars totī' nitit̄ mouere vt eius me^m
fiat mediū mundi. ⁊ ſi ſic ſi ab iſto appetitu fruſtret̄ ne fi
nē ſuū nāliter habeat ip̄m nāliter ſuo impediēti reſiſtet. ⁊
illud eſt pars citra cētrū: ǧ pars vltra cētrū, p̄ti citra reſi
ſtet. ❡ Itē ſi totū moueret̄ h̄n̄s p̄tē ex alia p̄te centri: que 2
pars recedit a cētro: vel illa pars nāliter recedit: vel violē
ter. ſi nāliter: tūc nāliter recederet a loco ad quem nāliter
tanꝙ̄ ad ſuū terminū vltiatū moueret̄. ꝯn̄s falſuꝫ: q2 mo
ueret̄ ad locū talē tanꝙ̄ ad finē ei'. ſ. vbi q̄etē ſuā habeat
nālē: ǧ nō recedet nāliter. Si ǧ violēter moueret̄: ⁊ omne
violētatū ſuo violētāti reſiſtit: ǧ illa pars reſiſtit p̄ti mouē
ti v̓ſus deoꝛſuꝫ. ǧ iſta poſitio falſa. ❡ Itē ſeq̄t̄ ꝙ eſt mix 3
tū graue cōpo^m ex graui ⁊ leui diſtans a loco ſuo nāli: ⁊ tñ
idē nō moueret̄ v̓ſus locū ſuū ſic dato mixto tali: cui' pars
vltra cētrū minoꝛ ꝙ̄ medietas ſit vltra cētrū: que ſit mix
ta: ⁊ ſit pars reſidua pura: tūc h̄ diſtat a cētro: q2 cētrū ei'
nō eſt cētrū mūdi: ⁊ tñ nō mouebit̄. Si vndiꝙ̄ circa cētrū
mūdi eēt vacuum, nullā .n. tūc h̄ret reſi^am: q2 elm̄tū leue in
iſto mixto appetit ꝯtī' recedere a cētro: ⁊ ſi recederet totū
deſcēderet: vt notū eſt. ǧ iuuat totū ad deſcēſuꝫ: ⁊ per ꝯn̄s
nō ſibi reſiſtit. ❡ Ex h̄ deducit̄ ꝙ graue p̄ iten^em leuitatis Cōſir^r
in eo ſi ſtaret grauitas motū ei' itēderet v̓ſus deoꝛſum: q2
caſu poſito: ſi totū poneret̄ in medio: ita ꝙ pars mixta eēt
ex alia p̄te cētri: ſi leuitas in iſta p̄te itēderet̄: ſtāte graui
tate totuꝫ velociꝰ moueret̄: q2 leuitas illa totū iuuaret ad
deſcēſuꝫ. ❡ Ideo lꝫ h̄ foꝛte ſit īpoſē ꝙ grauitas ſtaret itē
ſa leuitate: h̄ tñ dꝫ ſeq̄ ꝙ ꝓꝑ itēſionē leuitatis nō remitte
ret̄ mot' grauis v̓ſus deoꝛſuꝫ. iſta .n. leuitas ſemꝑ erit iuua
mētū in totī' deſcēſuꝫ: ideo iſta leuitas: lꝫ eq̄uelo^r intēdat̄
ſicut grauitas minoꝛat̄ totū nō remittet motū ſuū. ❡ Itē 4
ſeq̄t̄ ꝙ aliqd̄ eſt mixtū qd̄ ad cētrū moueret̄ ab iſto loco
in quo nūc ponit̄: cuius eſt certa pars leuitatis: que ſi eſſet
ablata nō moueret̄ totū v̓ſus deoꝛſuꝫ. Signet̄ .n. mixtū ꝑ
totū: cui' vna 4^a ſit vltra cētrū: ⁊ ſit graue. Sit etiā vacuū
vndiꝙ̄ circa cētrum: ⁊ ſequit̄ ꝙ ex quo grauitas ſupra le
uitatem dn̄atur ꝙ totuꝫ deſcēderet: ⁊ tamē ſi tota leuitas
citra cētrum eſſet ablata totum nō moueret̄. nullaꝫ enim
tūc haberet reſiſtētiam. ſequit̄ ergo ꝯcluſio.


Pro iſto dici pōt ꝙ nulla pars reſiſtit alteri in de 3ª opinio
ſcēſu: ⁊ dꝫ ꝯce^di ꝙ idē eſt appetit' p̄tis cuꝫ
alteri p̄ti ꝯiūgit̄ ſicut ſi a toto ſeparet̄: diuerſimode tñ ſe hꝫ
in effectu: ⁊ ꝯcedit̄ ꝙ ꝑ eūdē appetitū moueret̄ ad cētruꝫ
ip̄a ſeparata a toto per quē qñ eſt pars totī' recedet a cen
tro: vt appet. Vñ hō coꝛpa nō h̄nt aliquē cōplexū appeti
tuꝫ: ideo dicet̄ ꝙ nō appetūt mouere nec appetūt quieſcē
nec appetūt eē in cētro: imo appetūt locū īfimū in cōpara
tione ad totū vniuerſuꝫ: qd̄ ip̄m maxime hꝫ qñ me^m ei' eſt
mediū mūdi: ſicut dicimus ꝙ aliqd̄ eſt ꝓpinquius alteri qñ
ſm ſe totū tāgit illud ꝙ̄ ſi ſolū ſm pūctū ip̄m tāgeret: ⁊ ēt
qñ tāgit cū pūcto medio dicimus idē eē ꝓpinquius ꝙ̄ qñ ſo
lū tāgit ſm extre^m: ideo mediū ei' eē mediū mūdi: ⁊ ip̄m
eſſe in loco ⁊ quieſcere in loco ⁊ moueri ad locū: ſunt talia
que effectiue ꝯſequunt̄ ei' appetitū in cōplexū qui eſt ad
cētrū. Vñ ſicut q̄libet pars p̄tis eſt pars totī': ita appetit'
cuiuſlibet p̄tis erit pars totī' appetit': ideo iuuat. ⁊ q2 eſt
pars totius appetit': ideo iuuat totū vt totū ſituet̄ in loco
ſuo nāli.

ſuo nāli: ꝛ nō ſibi reſiſtit. nulla. n. pars totiꝰ moueret̄: ꝛ cōtraꝫ eiꝰ ſit cētrū mūdi: q͂ʒ eſt pars appetitꝰ totiꝰ: ſʒ toto mouēte ad cētrū pars iſta que eſt vltra cētrū recedit a cētro: ideo vt eſt pars totiꝰ nāliter a cētro recedit. nō eſt. n. rōnabile ꝙ toti cōpetat vnus appetitus ꝑtes nō hñs: ꝛ ſi aliq̄s ꝑtes haberet: iſte erūt appetitꝰ ꝑtiū totiꝰ: ꝛ q͂a ſunt ꝑtes eiꝰ appetitꝰ totiꝰ nulla pars toti nitit̄ reſiſtē: nec vna pars alteri: nec ēt eſt rōnale ꝙ totū quieſcat nāliter: ꝛ q̄libet eiꝰ medietas violēter quieſcat: cū totū ex illis medietatibꝰ cōponat̄. Seq̄t̄ ḡ ꝙ ſicut in actione nāli inter elīta q̄libet pars iuuat aliā ad agēdū: ꝛ in id agit q̄libet pars in qd̄ totum agit: ita in motu terre ad cētrū q̄libet pars totā terrā iuuat ad deſcēſuꝫ: ꝛ nulla pars ipſi toti reſiſtit. Cuiꝰ ratio eſt: q͂a appetitꝰ cuiuſlibet ꝑtis eſt pars totiꝰ appetitꝰ: ꝛ vbi totū eſt homogeneū: vna pars toti nō opponit̄: adeo nulla pars toti reſiſtit in deſcēſu: ſʒ ipm iuuat. Si tñ iſta pars eēt ſeparata a toto: appetitꝰ illiꝰ partis fieret vnus integer appetitꝰ ꝛ nō pars alteriꝰ. Ideo ille effectꝰ qui eſt motꝰ illiꝰ ꝑtis v̄ſus cētrū: illū appetitū tūc ↄſeq̄ret̄: ſicut eſt in multis caſibꝰ. vʒ. in ḡnōne aliq̄: q̄n duo ꝑducūt aliqd̄: quoꝝ vtrūqꝫ iuuat reliquū ad agēdu: ꝛ tñ vnū per ſe illud idē nō ꝑduceret: ſed in caſu ↄ̃rio illiꝰ ſicut modicus ignis per ſe in ſubito aliq̄ ↄſeruaret ſanitatē: ꝛ tñ duplus ignis cuiꝰ ille ignis eſſet medietas: ꝑduceret in totū īfirmitatē. Aliud exm̄ pōt eē de ḡnatione coloꝝ: q͂z vna pars agēs: ſi per ſe eēt: aliquē colorē ꝑduceret: vbi tñ eſſet pars alteriꝰ ꝑduceret colorē oīno ↄ̃riū: ꝛ eūdē eſt appetitū p͂m ſꝑ dicetum ꝙ ↄclo nō eſt incōueniēs. ſ. ꝙ q̄n pars eſt ꝑ ſe hʒ appetitū nālē eūdē quē hʒ q̄n alteri ↄiūgit: ꝛ eiꝰ appetitꝰ eſt pars alteriꝰ appetitꝰ q̄n ↄiūgit̄: ita ꝙ ille appetitꝰ ꝑtis eſt diuerſus in effectu q̄n eſt ꝑs
Ad arm alteriꝰ: ꝛ q̄n eſt per ſe. ¶ Per h̄ pōt r̄ſideri ad argm̄ ↄtra pōnē q̄n arg ſic: idē eſt locus totiꝰ ꝛ ꝑtis: ꝛ eūdē locū appetūt: qd̄ eſt ↄcedēdū. Silr̄ eūdē locū appetit q̄n eſt pars alteriꝰ ꝛ q̄n eſt ꝑ ſe: ſʒ nō ſeq̄t̄ vltra: ḡ inclinat̄ vt cētrū eius ſit cētrū mūdi: q͂z cētrū eiꝰ eē cētrū mūdi nō cadit ꝑ in eiꝰ appetitu: ſʒ locus ſic diſtās in vniuerſo eſt ꝑ cadēs in eius appetitu: q͂z dī q̄n ↄiūgit̄ alteri ita ꝙ eſt pars totiꝰ: eiꝰ appetitꝰ erit pars totiꝰ appetitꝰ: ꝛ ſic erit iuuatm̄ ꝛ nō īpeditm̄ in totiꝰ motu. ¶ Et ad 2m̄ arm̄ ↄcedit̄ ꝙ nāliter recedit: q͂z eſt pars totiꝰ: ꝛ eiꝰ appetitꝰ eſt pars totiꝰ appetitꝰ: ideo per eiꝰ appetitū ꝑpriū vt eſt pars alteriꝰ appetitꝰ. ſ. totiꝰ recedit a cētro: q͂z iuuat totū ad deſcēſuꝫ. Et q̄n ↄcludit̄ ꝙ graue nāliter aſcēdit: idē ↄcedit̄: vbi. ſ. idē graue eſt pars alteriꝰ: et ſilr̄ aliq̄n aſcēdet nālr̄ in ſec̄ndo aliō corpus ſic ſubtracta terra a qua deſcēderet. Et ex appetitu ēt iſtiꝰ ꝑtis vltra cētrū vt eſt pars totiꝰ appetitꝰ iuuat̄ totū ad deſcēſuꝫ: ex cuiꝰ deſcēſu ſeq̄t̄ aſcēſus illiꝰ ꝑtis: ſʒ nunq͂ꝫ aſcēdit graue tanq͂ꝫ ad terminū vltm̄ ſibi acq̄rēdū. ſemꝑ. n. appetit locū īfimuꝫ vt eſt in tali ſpecie. ¶ Ad 3m̄ arm̄ ↄtra pōnē ↄcedit̄ ↄclō ꝙ nullā hēt reſiſtētiā: ꝛ ēt ↄcedm̄ eſt ↄclō ad quā deducit̄: q͂z in caſu ex aſcēſu elīti leuis in illo mixto ſeq̄t̄ totiꝰ deſcēſus: ſic ꝑʒ in caſu ibi poſito. Et ideo tūc ex itenſe illiꝰ leuitatis acq̄ret̄ iuuatm̄ toti quo ad eiꝰ deſcēſuꝫ. ¶ Ad 4m̄ ēt arm̄ ↄcedit̄ ↄclō ad quā deducit̄: q͂a remiſſa leuitate totuꝫ nullā hēt reſiſtētiā: ideo ibi nō hēt motū: ideo illa arm̄ nō vadūt cōtra pōnem. ¶ Cōtra poſitionē ꝑmā eſt p͂m argm̄ in eius oppoſituꝫ factū fortiſſimū: q͂a eſt impoſſibile ꝙ aliqd appeteret aliqd nāliter qd̄ attingere non poſſet ꝛc̄.

¶ Tractatus 12ꝰ De luminoſis.

De luminoſis ſeq̄t̄ ꝑtractare. Et ꝑ p̄ penes qd attendit̄ poa luminoſi. 2o de eiꝰ actiōe in me᷑. ¶ Pro p̄ ꝑte dictuꝫ eſt: vbi tāgit̄ penes qd attēdit̄ poa rei q̄lificate: q͂a penes multitudinē foꝛ: ubiqꝫ dcm̄ eſt ꝙ q̄ntitas ad poa nihil facit: ꝛ ideo ↄdēſatio nō facit totū eē maioris poe vel minoris nec deꝑditio q̄ntitatis niſi fuerit ꝑ accñs: vt dato vno calido vl' luminoſo ꝑ totū: cuiꝰ vna certa pars auferat̄ manēte ꝑte reſidua ſicut eſt in p͂n: ꝛ ſeq̄t̄ ꝙ totū diminuet̄ in poa: q͂z minꝰ tūc hēbit de foꝛ q̄ꝫ nūc hʒ: h̄ tñ nō erit rōne deꝑditionis mā̃e ſeu q̄ntitatis: ſʒ rōne foꝛ exten̄ in illa mā̃: que ſimul auferr̄ cū illa mā̃. ꝛ ideo ſtarēt duo eē eq̄lia q̄ntitate ꝛ eque itēſa: dum tñ vnū foret maioris poe q͂ꝫ reliquū: vt ſatis eſt ꝑarguatū. Si tñ ſint oīa ſilia: ita ſ. ꝙ ſint eque iten̄ ꝛ vnū tm̄ ↄtineat de foꝛ ſicut reliquū vt eſt q̄n equalr̄ ↄtinet de mā̃ ſicut ꝑdictū eſt: tūc neutrū eſt maioris poe q͂ꝫ reliquū. Fiat ḡ hic locutio ſꝑ de eq̄libus ꝛ eque intēſis iuxta vltm̄ modū. ſ. ꝙ ſint ſilia oī mō. i. ꝙ in oī ꝑte vniꝰ ſit ita de multitudine foꝛ ſicut in ꝑte eq̄li alteriꝰ. Uocet̄ igit̄ equalr̄ itēdi in gu vt q̄n vnū itēdit̄ ꝛ fiet itēſiuſ: ꝛ reliquū ſit itēſiuſ ꝑ latitudinē eq̄lē: ꝛ ſi ſint eq̄lia ꝙ vnū ita multū acq̄rat de foꝛ ſicut reliquū: ꝛ ſi ſint ineq̄lia ꝙ vnū plus acq̄rat de foꝛ q͂ꝫ reliquū: ſicut dato vno vnifoꝛ per totū qd̄ itēdat̄ manēs ↄtinue vnifoꝛ: ꝛ ſeq̄t̄ ꝙ per eq̄lē latitudinē fiet totū eque iten̄ ſicut medietas: ꝛ tñ in duꝰ plus de foꝛ acq̄ret totū q͂ꝫ medietas. Fiat ſilr̄ hic locutio de ꝑditiōe mā̃e q̄n pars mā̃e auferr̄ cū ꝑte foꝛ: q͂z aliter nō deꝑderet̄ poa. ¶ His ſuppoſitis hic itellectꝫ eliciunt̄ regule vel ↄ̃nes: q̄rū p͂a eſt hec. p͂a rega
Si ſint duo luminoſa eq̄lia in q̄ntitate: quoꝝ vnuꝫ ſit alio itēſiuſ: ita ꝙ pluſ ↄtineat de foꝛ: que equeuelociter diminuāt̄ in q̄ntitate: ꝑportionalr̄ ſicut vnū eſt alio itēſius: ita velociꝰ diminuet̄ in poa: q͂z ꝑportionalr̄ ſicut vnū eſt alio itēſius: ita plus ↄtinet de foꝛ: ꝛ ita eſt maioris poe: ꝛ ſic eſt pars q̄libet vniꝰ maioris poe q͂ꝫ ꝑs ſibi eq̄lis correſpōdēs alteriꝰ: ḡ ſi equeuelocr̄ deꝑderet̄ de ꝑtibꝰ coꝝ ſicut vnū eſt alio itēſius: ita plus deꝑdit de poa: vt ſi vnū eēt ꝑ totū vt 4or ꝛ reliquū vt duo ꝛ vtriuſqꝫ deꝑderet̄ medietas vtrūqꝫ fieret in duꝰ minoris poe q͂ꝫ eſt in p͂n: ꝛ vnū eſt alio in duꝰ maioris poe ꝛ ſꝑ erit: ꝛ per ↄ̃ns in dupꝰ velociꝰ diminuet̄ idē in poa. ¶ 2a eſt h̄: ſi ſint duo 2a
luminoſa ineq̄lia q̄ntitate ꝛ eque iten̄ que equeuelocr̄ ꝑ totū remittant̄ ſicut vnū eſt alio maioris q̄ntitatis: ita velociꝰ remittet̄ in poa. ſic. n. vnū eſt alio maioris q̄ntitatis: ita eſt maioris poe: ꝛ ↄtinue erit. ¶ 3a ſi ſint duo luminoſa eq̄lia in q̄ntitate: 3a
ꝛ ineque iten̄: que equeuelocr̄ ꝑ totū remittant̄ in gu ſtante q̄ntitate: illa equeuelocr̄ remittent̄ in poa: q͂z ibi erit eq̄lis deꝑditio foꝛ: vt ſi a. ſit in duplo itēſius. b. ꝛ eq̄le ſilr̄ loquēdo vt ꝑus: ita ꝙ a. in duꝰ ſit itēſius ꝛ in dupꝰ plus ↄtinēs de foꝛ: tūc ſi b. remittet̄ ad nō gm a. remittet̄ ad ſubdum̄: vt ↄſtat. Cuꝫ ḡ inter poam a. ꝛ gm ſubduplū ſit tāta latitudo ſicut inter poam b. ꝛ nō gm: ſeq̄t̄ ꝙ tātā poam deꝑdet a. ſicut b. ¶ Silr̄ 4a
ſi ſint duo luminoſa ineq̄lia ꝛ eque itēſa in ḡdu que equevelociter diminuent̄ in q̄ntitate ſtātibꝰ itenſionibꝰ equeuelociter diminuent̄ in poa: q͂z ex quo ſunt eque itenſa loq̄ndo vt ꝑus ſicut vnū eſt alio maius: ita plus ↄtinet de forma: ꝛ oīs pars vniꝰ tm̄ ſicut pars eq̄lis alterius. ḡ in deꝑditione partiū eq̄liū q̄ntitatis equalr̄ deꝑdet̄ de forma: ꝛ per ↄ̃ns equalr̄ de poa. Exēpla facilr̄ patent. ¶ Ex his deducit̄ ꝙ 5a
eq̄lis remiſſio per totū in gradu rem eq̄lis q̄ntitatis equalr̄ facit: ſiue ſint eque itenſa ſiue nō. ¶ Silr̄ eq̄lis deꝑditio 6a
q̄ntitatis rem eque intēſoꝝ: ſiue ſint eq̄lia ſiue ineq̄lia equaliter faciet ad deꝑditiōeꝫ poe vniꝰ ſicut poe alteriꝰ. ¶ Ex Corm p͂m
ꝑdictis īfert̄ ꝙ ſi ſint duo luminoſa ineque itenſa ſiue eq̄lia ſiue ineq̄lia que equeuelocr̄ diminuant̄ in q̄ntitate ſtāte gradu: ꝑportionalr̄ ſicut vnuꝫ eſt alio itēſius: ita velociꝰ diminuet̄ in poa. h̄ ſic ꝑʒ: ſit a. itenſius. b. ſiue eq̄le ſibi ſiue inequale: ꝛ ſit c. eque itenm̄ cuꝫ a. ꝛ eq̄le ipſi. b. ꝛ diminuant̄ oīa equeuelociter in q̄ntitate: ꝛ ſit f. ꝑportio in qua a. ꝛ c. ſunt itenſiora. b. tūc per p͂aꝫ ↄ̃neꝫ in f. ꝑportione velocius diminuet̄ c. in poa q͂ꝫ b. ꝛ per 4am ꝛ per 6am c. equeuelocr̄ diminuet̄ in poa ſicut a. q͂a illa erūt eque itenſa: ꝛ equeuelocr̄ diminuent̄ in q̄ntitate. ḡ in f. ꝑportione velocius diminuet̄ a. in poa q͂ꝫ b. qd̄

2m fuit pbādū. ¶ Siłr ſequit̃ ꝙ ſi ſint duoineq̄lia in quā
titate ſiue eque itenſa ſiue ineque itenſaq3 equevelo' cō
tinue remittant̃ per totū in gradu ſtāte q̄titate ꝓpoꝛ' ſic
vnū eſt alio maius:ita velocius remittet̃ in po^a. Sit enī
a.in.f.ꝓpoꝛ^e maius.b.ſiue eque iten^m cū.b.ſiue ineque in
tēſū:ꝛ ſit.c.eq̄le.a.ꝛ eque iten^m cū.b.ꝛ remittant̃ oia eq̄ue
lociter ſtāt̃b^9coꝝ q̄titatib^9:tūc per 2^{am} ꝯnē in.f.ꝓpoꝛ^e ve
locius remittet̃.c.in po^a q̄3.b.ꝛ per 5^{am} ſeu 3^{am} equalr remit
tent̃.a.in po^a:ḡ in.f.ꝓpoꝛ^e veloci^9 remittet̃ in po^a.a.q̄3.b.
qḋ fuit pban^m. ¶ Oēs iſte ꝯnes pñt etiā pbari multo me
lius iuxta illos qui ponūt ꝙ depditio q̄titatis ſine depdi
tione foꝛ^e facit ad depditionē3 po^e:ꝛ fierēt tūc ꝯſiles pba
tiones ſicut nūc. Jtē tot ꝯnes ſequūt̃ in via maioꝛatiōis
q̄titatis ꝛ itēſionis in gradu quo ad maioꝛatiōe3 po^e ſicut
nūc ſequūt̃ in depditione vtriuſq3:vt notum eſt. ¶ Per
has ꝯnes facilr ſoluūt̃ arg^{ta} cōia falſū ꝯcludētia. Quoꝝ
p^m eſt.v3.ꝙ aliq̄ ſunt ineq̄lis po^e ꝛ ſine depditione po^e ſu
bita equecito deueniēt coꝝ po^e ad nō g^m:ꝛ tn̄ illa eq̄uelo
citer ꝯtinue remittent̃ in po^a. ¶ Et 2^m ꝙ.a.ꝛ.b.ſunt eq̄lis
po^e:ꝛ velocius ꝯtinue diminueret̃ in po^a.a.q̄3.b.ꝛ tn̄ eque
cito deueniēt ad nō g^m po^e. ¶ 3^m eſt ꝙ.a.ꝛ.b.ſunt equalis
po^e que equevelo^r ꝯtinue augmētabunt̃ in po^a:ꝗrū3 vnū
in fine erit alio maioꝛis potētie. ¶ 4^m eſt aliqḋ diminuet̃
ad nō gradū po^e:qḋ ſolū remittet̃ ad gradū finite potētie.
6^m arg^m ¶ Primū ſic ar^r. Sint.a.b.eque itēſa:ꝛ ſit.a.maioꝛis quā
titatis q̄3.b.ꝛ remittātur ad nō gradū in foꝛma ſtāte vtri
uſq3 q̄titate:ꝛ ſeq̄t̃ ꝙ.a.eſt maioꝛis po^e q̄3.b.ꝛ ꝙ eq̄uelo
citer diminuet̃ in po^a cū3.b.arguit̃ ſic. Neutrū diminuet̃ in
po^a niſi rōne remiſſionis foꝛ^e et eq̄uelociter remittet̃ foꝛ^a
vni^9 ſicut foꝛ^a alteri^9:ḡ eq̄uelociter remittent̃ in potētia ꝛ
equecito remittent̃ ad nō gradu3 po^e:q2 remiſſis foꝛmis
ad nō gradū remittent̃ potētie ad nō gradū:ꝛ nō erit ſu
bita deperditio potētie:q2 īfinite modice po^e erit vtriuſq3
2^m ante finē. ¶ Scdm ꝯſilr arguit̃. ſint eni3.a.b.eq̄lia intēſi
ue ꝛ extēſiue:ꝛ diminuant̃ ad nō quātū eq̄uelociter ꝛ intē
dat̃.b.in gradu:ita tn̄ ꝙ ſua po^a remittat̃ ꝛ ſtet.a.in gra
du tūc.ꝙ.a.ꝯtinue diminuet̃ in po^a velocius q̄3.b.arguit̃:
q2 ſi.a.itenderet̃ in gradu ſicut.b.eq̄uelociter remitteret̃
in po^a ſicut.b.ſ3 itenſio gradus in.b.īpedit remiſſionē po
tētie:q2 facit ad eius itēſionē3:ḡ nūc velocius remittet̃.a.
3^m in po^a q̄3.b.ſequit̃ ḡ ꝯclo. ¶ Tertiū ſic arguit̃. Sint.a.b.
duo eque itēſa ꝛ ſub eodē gradu quātitatis:ꝛ intēdat̃.a.in
gradu ad duplū:ꝛ maioꝛet̃ etiā in q̄titate ad duplū:ꝛ itē
dat̃.b.in gradu in duplo velocius q̄3.a.tūc ꝙ.a.b.eq̄uelo
citer itēdent̃ in po^a arguit̃ ſic.tātū faciet itenſio foꝛme.a.
ad maioꝛationē ſue potētie ſicut maioꝛatio ſue q̄titatis:ꝛ ex q̄
eque ꝓpoꝛ^r maioꝛabunt̃ q̄titas ꝛ gradus:ꝛ in duplo plus
faciet itenſio gradus in.b.q̄3 in.a.ex q̄ in duplo veloci^9 in
tēdet̃.b.q̄3.a.ḡ tātū faciet iten^o in gradu in.b.ſicut itenſio
gradus in.a.ꝛ maioꝛatio ſue q̄titatis. Uel ſic ſi ſtaret gra
dus in.a.ꝛ q̄titas maioꝛaret̃ ad duplū tātū po^{am} acqreret
a.ſicut ſi itēderet̃ in gradu ad duplū ꝛ ſtaret q̄titas:ꝛ etiā
in omni inſtāti eque ꝓpoꝛtionabilr maioꝛaret̃ po^a.a.ſicut
ſua q̄titas ſi ꝑtūc ſtaret in gradu:ꝛ etiā eque ꝓpoꝛ^r maio
raret̃ in po^a ſicut in gradu ſi ſtaret q̄titas. Cū ḡ pro omni
inſtāti eque ꝓpoꝛtionabilr maioꝛabit̃ gradus illi^9.a.ſicut
q̄titas:ſeq̄t̃ ꝙ ꝯtinue tātū faciet itēſio in gradu ad itēſio
nē3 potētie.a.ſicut maioꝛatio ſue q̄titatis ꝛ ecōtra. S3 ſi nō
maioꝛaret̃ in q̄titate in duplo tardius intēderet̃ po^a.a.q̄3
po^a.b.ḡ nūc eq̄uelociter itēdet̃ po^a.a.ſicut po^a.b.ꝛ tn̄ in fi
ne erit.a.maioꝛis po^e q̄3.b.q2.b.in fine erit ꝑcīſe in triplo
maioꝛis po^e q̄3 nūc eſt:ꝛ.a.tūc erit in q̄druplo maioꝛis po^e
q̄3 nūc eſt. Maioꝛ p3:q2.b.itēdet̃ ad triplū in gradu vt cō
ſtat. Et minoꝛ ſic ar^r. Sit.c.tāte q̄ti^{tis} ſic in pn^o eſt.a.ꝛ eque
iten^m ſicut eſt.a.in fine:ꝛ ſeq̄t̃ ꝙ.c.eſt in pn^o in duplo maioꝛis
potētie q̄3.a.q2 eſt eq̄lis q̄titatis cum.a.ꝛ in duplo itēſius
eo:ꝛ in fine erit.a.in duplo maioꝛis po^e q̄3 eſt.c.ex quo tūc
erit eque intēſū ſicut nūc eſt.c.ꝛ in duplo maioꝛis q̄tita
tis q̄3 eſt.c.ḡ.a.in fine erit in q̄druplo maioꝛis po^e q̄3 nunc
eſt.ꝛ ſi ſic tūc erit.a.maioꝛis po^e q̄3.b.qḋ fuit arguēdū.



¶ Quartū ſic ar^r. Sit.a.vnū luminoſū vnifoꝛ^e:cui^9 q̄ti 4^m
tas minoꝛet̃ vni^r ad ſubdu^m ꝛ ſit lumē tūc ſi nō remitteret̃
in g^u minoꝛaret̃ in po^a ad ſubduplū. Et tātū ꝯti^e faciet re
miſſio in g^u ad minoꝛatōe3 ſue po^e ſicut diminutio q̄titatis
ex q̄ ꝯti^e eq̄ꝓpoꝛ^r minoꝛabunt̃ q̄titas ꝛ lumē.ḡ rōne di
minutiōis in q̄ti^{te} ꝛ remiſſiōis in lumine minoꝛabit̃ eius
po^a ad nō g^m:ꝛ tn̄ nō remittet̃ ad nō g^m po^e:q2 in fine erit
certe q̄titatis diſpoſitū certo g^u lumīs. ¶ Jtē arg^r ꝙ aliq̄ 5^m
ſunt 2^e lumi^{noſa} eq̄les que eq̄cito depdent̃ ad nō g^m:q̄rū vna
alia ꝯtinue remittet̃ veloci^9. Sint eī3.a.b.2° luminoſa oī
no ꝯſilia ꝛ remittat̃ lumē.a.vnifoꝛ^r ad nō gradu3 in hoꝛa
ꝛ eq̄ꝓpoꝛ^r maioꝛet̃ q̄titas:ita ꝙ cōti^e maneat eq̄lis po^e
ſicut nūc eſt:ꝛ augmētet̃.b.ꝯſilr ſicut.a.ſed remittat̃ ſic in gra
du ꝙ ſua po^a remittat̃ ꝯti^e que remittat̃ ad nō g^m in eadē
hoꝛa:tūc.b.ꝯtinue veloci^9 remittet̃ in g^u q̄3.a.q2 ſi eq̄uelo^r
cum.a.vel tardi^9 tūc nō remitteret̃ ſic nec.a.q2.b.ꝯtinue
equevelociter augmētabit̃ ſicut.a. S3 per caſu3.b.ꝯtinue
remittet̃ in potētia.ergo velocius cōtinue remittet̃ in lu
mine q̄3.a.ꝛ iam equalr diſtant.a.b.a nō gradu luminis ꝛ
eq̄cito remittent̃ ad nō g^m:q2 in illa hoꝛa.ḡ ſequit̃ ꝯcluſio.
¶ Pro oībus iſtis rñdet̃ per regulas ſuppoſitas:q2 in caſu Ad arg^a
poſito ad p^m ar^m:l3 eq̄uelox erit remiſſio in g^u re^a.a.b.q2 tn̄
a.plus h3 de foꝛ^a q̄3.b.ideo plus deperdet.a.de po^a q̄3.b.ꝛ
tūc nō ꝓcedit ar^m ſicut non ꝓcedit de toto ꝛ medietate eius
de3:vt dato luminoſo vniformi totū eſt in duplo maioꝛis
po^e q̄3 medietas:ꝛ eq̄uelo^r remittet̃ in caſu ſicut medietas
ꝛ ſemꝑ erit maioꝛis po^e q̄3 medietas in eadem ꝓpoꝛ^{ne}.ſ.in
duplo maioꝛis po^e q̄3 medietas:ꝛ ſic eſt de.a.ꝛ.b.ꝛ ſic non
valet ar^m.ꝛ ponit̃ cā:q2 eq̄lis depditio in g^u plus re^a q̄tita
tis maioꝛis q̄3 minoꝛis facit ad depditionē3 po^e. ¶ Et ſic Ad 2^m
etiā ſoluit̃ 2^m ar^m:q2 admittat̃ caſus ꝛ ꝯcedit̃ ꝙ per aliqḋ
tēpus velocius remittet̃.a.in po^a q̄3.b.ſ3 nō ꝯtinue. Et ra
tio eſt:q2 diminutio q̄titatis.b.cōtinue plus ꝛ plus faciet
ad minoꝛationē potētie.b.q̄3 diminutio q̄titatis.a.ad mi
noꝛationē potētie.a.q2.b.equalr diminuet̃ cu3 lumine in
tēſioꝛi ꝛ intēſioꝛi.ꝛ ideo l3 intēſio luminis.b.per aliqḋ tp̄s
īpediet remiſſionē potētie.b.nō ꝯtinue ita faciet.i.nō ꝯti
nue faciet vt totum.b.ꝯtinue tardius remittat̃ in po^a q̄3 ſi
ab initio nō fuiſſet intēſio facta:ſ3 pro omni īſtāti īpediet
remiſſionē.

remiſſionē:ita ꝙ pro illo inſtāti tardius remittet in poª ꝙ̄
ſi nūc nō intēderet lumē:ſ; nō faciet ꝙ totū tardius remit/
tet in poª in illo inſtāti ꝙ̄ ſi nō foret intēſio luminis ab ini/
tio.nec adhuc eſt neceſſe ꝙ.a.aliqn̄ tardius remittat in poª
ꝙ̄.b.ſ; ſtat ipm̄.b.ſic velociter intēdi in gª ꝙ.a.ꝯtinue velocius
remittet in poª ꝙ̄.b.ſtat eti;.b.ſic intēdi in gª ꝙ pro oi inſtāti
erit tāte poª ſicut nūc eſt vt ꝯſtat:vt poſito ꝙ eque propor/
tionabiliter maioret in gª ſicut minorat in q̄titate:ꝛ tūc dicet
ꝙ ſubito deꝑdet magna latitudo potentie.b.ꝛ ſic nō ꝓce/
dit argm. ¶ Si tn̄ ponat ꝙ nulla latitudo ſubito deꝑdat
ſic eſt qn̄ intēdit ad gm ſolū finitū luminis:tūc dī ꝙ aliqn̄
velocius remittet.b.in poª ꝙ̄.a.qđ ſic declarat.Et ꝑ arg ꝙ
vbicūq; eſt luminoſu; aliqđ:cuius q̄titas minorat ad nō
q̄tū ꝛ gradus intēdit ſolū ad gm finitū:ꝙ illud luminoſu;
remittet ad nō gm nullā latitudinē ſubito deꝑdēdo:q2 ſit.a.ta/
le:ꝛ ſit.b.eq̄lis q̄titatis cū.a.ꝛ minoret quātitas vtriuſq;
ſucceſſiue ad nō q̄tū:ꝛ ſit.b.in pn̄ti ſub eodē gª luminis ad
quē intēdet excluſiue lumē.a.quē.ſ.hēret.a.in fine ſi mane/
ret:ꝛ nō intēdet.b.in gradu nec remitteret:quo poſito.b.
ꝯtinue erit maioris poª ꝙ̄.a.g.a.b.ꝯtinue erit intēſius ꝙ̄.a.ꝛ
eq̄lis q̄titatis cū.a.ꝛ.b.ſucceſſiue remittet ad nō gm,nullā
latitudinē ſubito deꝑdēdo:g a fortiori.a.nullā latitudinē ſubi/
to deꝑdet.ꝯña ꝛ maior patēt ꝛ minor argr.eq̄ꝓpor mi/
norabit poª.b.cū ſua q̄titate:ſ; q̄titas ſucceſſiue minora
bit ad nō q̄tū:g ꝛ poª. Uel ſic.poª aliqn̄ erit in duplo minor
ꝙ̄ nūc eſt:ꝛ aliqn̄ in q̄druplo minor:ꝛ ſic in infinitū:q2 eq̄ꝓ/
portionabiliter minorabit cū q̄titate:g.b.nullā latitudinē;
poª ſubito deꝑdet.ſeq g ꝯcl'o. ¶ Ex h igit deducit ꝙ ſi
luminoſu; aliqn̄ diminuat ad nō q̄tū ꝛ intēdat in lumine
ad gm ſolū finitū ꝙ aliqn̄ velocius remittet in poª ꝙ̄ ſi ab
initio nō foret in eo intēſio luminis. Sit eni;.b.tale:cuius
q̄titas minoret ad nō q̄tu; ꝛ lumē ad gm ſolū finitū intē/
dat:ꝛ ſit.a.oīno ſile.b.cuius q̄titas minoret ad nō q̄tu; ſi/
ne acq̄ſitione luminis ſicut eſt in caſu poſito ad ꝓbōnē iſti
ſcdi falſi.Et arguit ꝙ.b.aliqn̄ velocius remittet in poª ꝙ̄.a.
q2 ex quo quātitas minorabit ad nō quātū:infinitū modicu;
aliqn̄ faciet intēſio luminis ad intēſionē ſue potētie:ꝛ mino/
ratio q̄titatis cū illa intēſione in gradu ꝯtinue plus ꝛ plus
faciet ad remiſſionē; potētie.g aliqn̄ maior erit exceſſus
remiſſionis potētie correſpōdētis minorationi ſue q̄titatis ad
intēſionē potētie correſpōdētis intēſioni in lumine ꝙ̄ erit latitu
do inter gm quo ꝯtinue diminuet.a.ꝛ nō gm:q2.a.ꝯtinue vnifor
miter minorabit ad nō gm potētie:ſicut p; per ꝯnē 6am:ꝛ
exceſſum inter illā minorationē; potētie correſpōdētē minora/
tioni q̄titatis ꝛ maiorationē; potētie correſpōdētē maioratio/
ni luminis correſpōdebit remiſſio ſue poª in.b.vt p;.g aliqn̄
velocius minorabit.b.in poª ꝙ̄.a.Exm ad h eſt tale.pona
tur ꝙ minoratio potētie.a.per minorationē; q̄titatis ſit vt
4or ꝯtinue.ꝛ ponat ꝙ lumē.b.intēdat vniformiter ad du
plū ꝛ dcē inſtās mediū totius tpis:tūc erit q̄titas.b.in dupº
minor ꝙ̄ nūc eſt:ꝛ lumē tūc eque velociter intēdet ſicut nūc.g ꝑ
ꝯnē 6am in duplo minus faciet intēſio luminis ad maiorationē
totius potētie ꝙ̄ nūc incipit:ꝛ nūc incipit facere vt 4or:vl in
nulla ꝓportione minus:q2 in nulla ꝓportione incipit tardius ꝓportionem
lumē intēdi ꝙ̄ quātitas minorari.g tūc intēſio luminis tūc fa/
ciet ſolū vt 2o ad intēſionē potētie:ꝛ minoratio q̄titatis.b.
tūc faciet ſex ad minorationē; potētie:q2 tūc eque velociter dimi
nuet ſicut nūc incipit ꝛ tpm̄:tūc erit in ſexqualtero intēſius ꝙ̄
nūc eſt:ꝛ nūc faciet vt 4or:g tūc faciet vt ſex.ꝯña per ꝯnē
7am ſatis p;.g tūc erit exceſſus remiſſionis ꝑ minorationē;
q̄titatis ſupra intēſionē potētie ꝑ intēſionē luminis vt 4or:ꝛ
tūc totū remittet in poª gª vt 4or.ꝯña p;:q2 ſi nō intēderet
in lumine remitteret tūc gª vt ſex:ꝛ intēſio luminis tollet de illa
remiſſione ſolū vt duo:ꝛ ſic in illo inſtāti eque velociter remittet.b.
in poª ſicut.a.ꝛ ꝯtinue poſt velocius:ꝛ ſic ſeq illa ꝯcl'o 10a.ꝛ ſol/

uit argm ad ꝓbōnē illius 2i falſi. ¶ Ad 3m rñdet admittēdo Ad 3m
caſum:ꝛ dī ꝙ.a.ꝯtinue velocius intēdet in poª ꝙ̄.b.ꝛ negat ꝙ in
duplo plus faciet intēſio luminis in.b.ad intēſionē ſue poª ꝙ̄ intēſio
luminis in.a.ſ; in duplo velocius intēdat lumē in.b.ꝙ̄ in.a.q2 intē
ſio luminis in.a.erit ꝯtinue reſpectu q̄titatis maioris ꝙ̄ in.b.Et ideo intēſio
luminis in.b.nō plus faciet ꝙ̄ intēſio luminis in.a.ꝛc.ſ; intēſio
luminis in.a.tm̄ faciet ſicut maioratio q̄titatis ad intēſionē; ſue
poª:ꝛ vtrūq; ꝑ ſe deducta alia in duplo minus faciet ꝙ̄ intēſio
luminis in.b.ideo nō ſeq ꝙ illa duo nūc tm̄ faciēt ꝓciſe ſicut
intēſio luminis in.b.q2 intēſio luminis in.a.plus faciet rōne maio/
rationis ſue q̄titatis ꝛ eꝯ ꝛ ſic nō ꝓcedit argm. ¶ Ad aliud g dī Ad 4m
admittēdo caſu; ꝛ negat ꝙ minorabit ad nō gm poª.ꝛ ne/
gat ꝯña illa ſi nō minoraret in q̄titate remitteret ad ſubduplum
in poª:ſ; nūc minoratio q̄titatis tm̄ ꝯtinue faciet ad remiſſionē;
poª ſicut remiſſio luminis:g rōne diminutionis q̄titatis ꝛ remiſſiōis
luminis minorabit eius poª ad nō gm:q2 minoratio in lumine nūc
nō facit tm̄ ad minorationē; ſue poª ſicut faceret ſi nō mino
raret in q̄titate nec eꝯ. ¶ Per iſta ꝓſuppoſita rñdet ad 5m Ad 5m
negando illud ꝛ admittendo caſu;:ꝛ negat ꝙ.b.ꝯtinue velocius remit/
tet in gª ꝙ̄.a.ſ;.b.remitteret in poª ꝛ nō.a.q2 quocūq; inſtāti
poſt h dato ſi.b.ꝓtūc remitteret in lumine eodē gª quo.a.
tūc.b.remitteret in poª. Qđ ſic arr:q2 tūc remiſſio.b.in gª
eq̄lr faceret ad remiſſionē ſue poª:ſicut remiſſio luminis.a.fa
ceret ad remiſſionē; ſue poª:ſicut p; ꝑ ꝯnē 5am:ex quo eo2 q̄ti/
tates erūt tūc eq̄les.cū g.b.tūc erit remiſſius ꝙ̄.a.q2 erit eq̄/
le.a.ꝛ minoris poª ꝙ̄.a.p; ꝙ maioratio q̄titatis.b.tūc minus
faceret ad maiorationē; ſue poª ꝙ̄ maioratio quātitatis.a.ad
maiorationē; ſue poª.Sꝫ in oi inſtāti tm̄ faciet maioratio
q̄titatis.a.ad maiorationē; ſue poª ſicut remiſſio ſui luminis faciet
ad remiſſionē ſue poª:ex quo nō intēdet in poª nec remittet.g
p; ꝙ ſi pro aliquo inſtāti eque velociter ꝓciſe remittet.b.in lumine
cū.a.ꝙ tūc plus faceret remiſſio ſui luminis ad minorationē;
ſue poª ꝙ̄ maioratio ſue q̄titatis ad maiorationē; ſue poª:g ſi
eque velociter pro aliquo inſtāti remitteret.b.in gª cū.a.ſeq ꝙ tunc
remitteret.b.in poª:g non ſeq.b.ꝯtinue erit tāte q̄titatis
cū.a.ꝛ eque velociter maiorabit cum.a.ꝛc.ꝛ.a.nō remittet ꝛ
b.remittet:g.b.velocius diminuet in lumine ꝙ̄.a.

Cōtra ꝯnes ꝓdcās pōt argui deducēdo ꝙ ſi aliqđ au/ 3 ꝯnes.
gmētet a nō q̄to ꝛ a nō gª luminis ꝙ idē infinitū tarde
incipit maiorari in poª:q2 ex quo infinita modica incipit eē q̄titas
illius:infinite modicū incipiet intēſio luminis facē ad intēſionē poª:ꝛ
ēt infinitū modicū incipet maioratio q̄titatis facē ad intēſionē poª:
ex quo incipet eē reſpectu infinitū remiſſi gª:ꝛ ꝑ ꝯñs nō aliq̄lr velocius in/
cipet totū intēdi in poª rōne maiorationis q̄titatis ꝛ ēt intēſionis luminis.
g ſeq ꝯcl'o. ¶ In cuius oppm ſic arr.Sit.a.luminoſu; certe
q̄titatis:ꝛ diuidat hora in ptes ꝓportionales ꝓportione q̄druple:ꝛ in
oi pte ꝓportionali diminuat ad ſubduplum in q̄titate:ꝛ ēt remittat in
lumine ad ſubduplum:quo poſito in oi pte ꝓportionali huius hore ſic
diuiſe diminuet in poª.a.ad ſubq̄druplum:q2 in oi pte ꝓportionali
diminuet ad ſubduplum in q̄titate:ꝛ ad ſubduplum vnius in gª.g cum
2a pars ꝓportionalis iſtius hore ſit ſubq̄drupla ad pmā:ſeq ꝙ in 2a
pte ꝓportionali diminuet in poª eque velociter ſicut in pma:q2 in q̄druplo mi
norē latitudinē poª deꝑdet in 2a pte ꝓportionali ꝙ̄ in pma:eo ꝙ inter
oē; gm ꝛ ſuū ſubq̄druplum eſt in q̄druplo minor latitudo ꝙ̄ inter
eūdē ꝛ ſuū q̄druplum.Et ſic ꝑ idē arr ꝙ in 3a pte ꝓportionali eque velo
citer deꝑdet de poª ſicut in 2a:ꝛ ſic in infinitū.g totū finite tarde
deſinet in eius poª diminui:ꝛ cū tn̄ q̄titas minorabit ad nō
gm ꝙ̄ ēt lumē.g eꝯ poſſet illud augmētari a nō q̄to ꝛ a nō
gª luminis:ꝛ cū h ꝙ ſolū finite tarde incipet augmētari in poª.g
ꝯcl'o eſt falſa ſeq̄ns ex regulis ꝓpoſitis:g ille regule ſunt fal/
ſe. ¶ Pro illo dī ꝙ vbi tn̄ q̄titas ꝙ̄ ēt gm finite velociter incipit Rñ
augmētari ꝛ a nō gª ꝙ tūc in infinitū tarde incipit totū augmē/
tari in poª:qđ ſic p;.ponat idē de.a.ꝛ ſit.b.certe q̄titatis in quo
intēdat lumē a nō gª eque velociter ſicut in.a.ꝛ ſeq ꝙ.b.ſolū finite
velociter incipit augeri in poª:q2 eſt certe q̄titatis ꝛ certe velocitatis reſpectu

ſui iam illiꝰ lumē incipit intēdi: ſʒ īfinite velociꝰ incipit. b. itēdi in poª q̄ a. ḡ īfinitū tarde incipit. a. ɔ̄ñtia pʒ: ⁊ minor arguit. a nō gradu incipit poª vtriuſq̄ itēdi: ⁊ īfinitū maioris potētie incipit. b. eē q̄ a. ḡ in īfinitū velociꝰ incipit. b. itēdi q̄ a. ɔ̄ñtia pʒ: ⁊ minor ꝓbaṫ: q: īfinite maius incipit b. eē q̄ a. ⁊ ſub eodē gradu luminis: ḡ in īfinitū maioris potētie incipit. b. eē q̄ a. ⁊ per ɔ̄ñs īfinitū velocius incipit. b. itēdi in poª q̄ a. ⁊ ſic ꝓbaṫ pars affirᵐᵃ ɔ̄nis: vbi tñ quātitas ⁊ lumē in īfiᵐ velociter incipiūt acqri: tūc nō opʒ illaʒ ptē affirᵐᵃˢ fore veraʒ. Et illud ꝓbaṫ qñ arguit ad oppoᵐ ɔ̄nis. Et ꝙ in caſu iſto poſito infinite velociter deſinet lumē deꝑdi ⁊ ēt q̄ntitas/ſic pʒ. in oī pte ꝓporˡⁱ ſic diuiſa deꝑdeṫ lumen ad ſubduplū: ḡ in duplo minor latitudo luminis deꝑdeṫ in 2ª pte ꝓporˡⁱ q̄ in pª: ⁊ ipſa eſt ſubquadruplū: ḡ in duplo velocius minorabiṫ lumen in 2ª pte ꝓporˡⁱ q̄ in pª. ⁊ per idē argᵐ in duplo velociꝰ in 3ª q̄ in 2ª: ⁊ ſic in īfinitum: ḡ īfinite velociter deſinet lumē deꝑdi: ⁊ ſic oīno arguiṫ de deꝑditione q̄ntitatis. Ideo illud argᵐ bñ ꝓbat ꝙ a nō quāto pōt luminoſuʒ augeri ⁊ a nō gradu luminis itēdi: dum tñ finite velociter ſolū incipiat intēdi in potentia: ſcilʒ vbi incipit eſſe infinita velox acqſitio luminis: ⁊ etiā quantitatis ⁊ non aliter ⁊c̄.

¶ Tractatus 13ꝰ De actione luminoſi.

Equitur de actione luminoſi tangiṫ. Et pͦ nūqd omne luminoſuʒ agat totā ſuā latitudinē in omne mediū in qͦd ſufficit agere. Et 2º nūqd agat vniforˡ q̄ntū ad latitudinē. ¶ Cōtra pᵐ arguiṫ. Omne mediū pōt

Ɔtra pᵐ dubiū. meliꝰ diſponi ad ſuſceptionē luminis q̄ntūcūq̄ bñ diſponaṫ: ḡ nullū agēs ſpūale agit tā itēſe qn itēſius poſſit agere.

2 re. ¶ Item tūc ageret oēm gradū citra gradū quē habet. ɔ̄ñs falſuʒ: qͦd ſic arguiṫ. deṫ. a. luminoſum agēs in. b. mediū ſi. b. per totū diſponaṫ melius ad oēʒ pūctū itrinſecū intēdeṫ lumē. ḡ per idē cū nō īfinitū meliꝰ applicet pūcto ſibi imediato q̄ pūcto diſtāti: ſeqṫ ꝙ ad punctū ſibi imediatū pōt lumē intēdi rōne alicuiꝰ diſpōnis medij.

3 ¶ Itē ſeqṫ ꝙ nullius difficultatis eſt agere totā latitudinē a gradu ipſius. a. vſq̄ ad non gᵐ: qa q̄ntūcūq̄ modice potētie ſit aliqͦd luminoſuʒ ſub gradu. a. ipm ſufficit totā illā latitudinē agere. ¶ Itē ſigneṫ 2º pūcta: q̄rū vnū ſit ſibi imediatū ⁊ reliquū diſtās: tūc actio eiꝰ ad vnū pūctū ꝓportionaṫ actioni eiuſdē ad aliū punctū. Si ḡ per indiſpōnē medij

Rñſio pōt vna actio ipediri: ḡ ⁊ alia actio. ¶ Ideo forte dī ꝙ tale luminoſum nō agit gradū ſuū ſeu latitudinē a ḡdu ſuo ad nō gradū in omne meᵐ in qͦd ſufficit: ⁊ ēt ꝙ ad oēʒ pū

Cōtra ctū medij per eiꝰ indiſpōnē remitteṫ lumē. ¶ Cōtra. ex ꝟ ſeqṫ ꝙ tota latitudo luminis nō pōt induci: qa ſi ſic ſit. a. luminoſum agens per. b. pedale: ⁊ ſit ita ꝙ. a. nō inducat totā latitudinē vt ponit rñſio. vel ḡ pōt. b. rarefieri: ita ꝙ tota latitudo inducaṫ vel nō. ſi nō/ſequiṫ ꝙ illa latitudo eēt inanis ſicut locus eēt inanis in quo nihil poſſet locari. Silr̄ experimur ꝙ ita forte lumē ſentimus in medio ſicut in luminoſo agente vel in nulla ꝓporᵉ minus debile. Si ḡ dicaṫ alia pars ꝙ tota latitudo pōt induci: rarefiat ḡ. b. mediū: ⁊ ſit. c. inſtās in quo aget pᵐ per mediū. b. totā latitudinē illā: tūc. b. erit finite rarū. Si ḡ poſt rarefactionē nō intēdereṫ lumē ad pūctuʒ. b. ſibi imediatū: qa tota latitudo in. c. inſtāti induceṫ: quā. f. ipm ſufficit induceṫ. Ponaṫ ḡ. f. meᵐ magis rarū q̄ erit. b. in. c. inſtāti: ⁊ ſeqṫ ꝙ nō intēſius lumē aget tūc. a. in. f. q̄ in. b. indiſponaṫ ḡ. f. ad diſpōnē. b. ⁊ ſeqṫ ꝙ illa indiſpoſitio nō tollet eiꝰ actionē ad pūctū ſibi imediatū in. f. ḡ iterū poſſet fieri aliq̄ indiſpoſitio cuʒ ꝟ ꝙ nō remittereṫ lumē ad pūctū ſibi imediatū in. f. ⁊ ꝑ ɔ̄ñs non in. c. inſtāti ꝑ ſufficiet agere totā ſuā latitudinē in. b. mediū: ⁊ ſic pʒ vel ꝙ talis latitudo nō poſſet induci: vel ꝙ indiſ

2ª rñſio poſitio medij nō facit luminoſuʒ minꝰ itēſiue agiṫ. ¶ Pro 1º ḡ dī ꝙ luminoſuʒ agit ſubito totā ſuā latiᵗᵘᵈⁱⁿᵉ³ in oī medio vel in oīe in qͦd ſufficit agere: nō tñ ꝑ eq̄lē diſtātiā agit in omne meᵐ: ſʒ in meᵐ rarius agit per maiorē diſtātiā q̄ in

Ad arᵐ dēſius. ¶ Et tūc ad arᵐ pᵐ negaṫ ɔ̄ña. ¶ Et ad arᵐ 2ᵐ dī ꝙ vt ſic. a. in īfiᵐ meliꝰ applicaṫ ad pūctū ſibi imeᵗᵘᵐ q̄ ad pūctū diſtātē: qa in infiᵐ ꝓpinquus eſt idē qͦd eſt imeᵗᵘᵐ alicui q̄ ſit idē qͦd diſtat ab eodeʒ. ¶ Et ſic dī ad 3ᵐ ɔ̄ceᵈᵒ ꝙ nulliꝰ diffiᵗⁱˢ eſt agere tātā latitudinē ſicut eſt a gᵘ vſq̄ ad nō gᵐ: qa ab īfinita modica poᵃ huiꝰ latitudo pōt induci.


Nota ¶ Sʒ tūc ad 4ᵐ arᵐ negaṫ ɔ̄ña. ¶ Vñ pro ſolōne argᵗⁱ eſt nōnᵐ ꝙ qñ luminoſuʒ agit in mediū nō remittiṫ lumē ad pūctuʒ aliquē diſtātē niſi rōne indiſpōnis facte iter luminoſuʒ ⁊ pūctū illū: qa deṫ pūctꝰ mediꝰ gr̄a argᵗⁱ: ſi tūc nō fiat indiſpoſitio iter luminoſuʒ ⁊ illū punctū: tūc tota illa pars ɔtinue erit ſilis diſpōnis ſicut in pnᵒ: ḡ in illa pte eq̄lis actio erit ɔtiᶜ: ex q̄ luminoſuʒ illi pti ɔtiᶜ equalr̄ applicabiṫ. ¶ Itē ſi indiſpoſitio in pte vltra pūctū talē ad illū pūctū faceret lumē remitti: ſeqṫ ꝙ nullū luminoſuʒ poſſet agere totā ſuā latiᵗᵘᵈⁱⁿᵉ³ in meᵒ aliq̄ qualr̄cūq̄ eēt diſpoſitū: qa ſi ſic agat. a. in meᵐ. b. totā ſuā latiᵗᵘᵈⁱⁿᵉ³. ɔtra. diuidaṫ. b. mediuʒ in ptes ꝓporˡᵉˢ: ⁊ ſint minores ptes v̄ſus. a. tunc lʒ pͥma pars ꝓporˡⁱˢ eēt ablata. a. nō ageret ad pūctū ſibi imeᵗᵘᵐ gᵐ itēſiorē q̄ ſit gᵘ ſuus. Et ſilr̄ lʒ 2ª pars erit ablata ⁊ 3ª: ⁊ ſic in īfiᵐ. ſʒ per rñſionē pª pars ꝓporˡⁱˢ ſi reapponereṫ ipediet actiōeʒ: q: ſi indiſponereṫ ipediret actionē in illa pte itercepta: ḡ a fortiori lumē remiſſius agitur q̄ ſi illa pars eēt ſimplr̄ amota: ⁊ ſic 2ª pars ꝓporˡⁱˢ ipediret: ⁊ ſic in infiᵐ: ḡ nūc nō pōt agere gᵐ ſuū ad punctū ſibi imeᵗᵘᵐ: imo argᵗ ꝙ nullū gᵐ pōt agere ad pūctū imeᵗᵘᵐ: qa ſi in īfinitū modicū eēt meᵐ nō ageret gᵐ itēſiorē q̄ eſt gᵘ ſuꝰ: ḡ nūc nō agit aliquē gᵐ poſito meᵒ vniforˡ. Nā 2ª ps ꝓporˡⁱˢ ſm̄ iſtā diuiſionē aliq̄lr̄ ipedit actioneʒ ſuā ꝑ datū. ⁊ pª pars ꝓporˡⁱˢ tātū vel aliquātū ipedit: ḡ nō agiṫ in. b. aliq̄s gᵘˢ. Si. n. tātū ipediat pª pars ꝓporˡⁱˢ ſicut 2ª ⁊ eʒ: q: pª eſt dupᵃ ad 2ᵃᵐ: ⁊ in duᵒ plus diſtet pª ab. a. q̄ diſtat 2ª ab eodē. ḡ ꝑ idē 3ª tātū ipedit ſicut 2ª: ⁊ 4ª tātū ſicut 2ª: ⁊ ſic in īfiᵐ. ḡ oēs ille ptes totā eiꝰ actionē ipediūt. Si ḡ ponaṫ ꝙ pª nō tātū ipedit ſicut 2ª. ḡ 2ª plus ipedit q̄ pª. ⁊ per idē plus ipediret 3ª q̄ 2ª: ⁊ ſic in īfinitū. ḡ oēs ille ptes tātuʒ vel plus ipediēt q̄ a. ſufficiat ad pūctū imeᵗᵘᵐ agiṫ. ¶ Ideo forte dī ꝙ hꝫ ptes diſtātes ipediūt actionē ad pūcta diſtātia: ita ꝙ ad illā remiſſiꝰ lumē agiṫ q̄ ſi pars reſidua eēt ablata. ¶ Cōtra. ex ꝟ arᵗ ꝙ ad nullū pūctū itrinᵒᵘᵐ eſt actio: qa ſi tota pars vltima ipediat actiōeʒ ad illū pūctū ſit ille. d. ⁊ diuidaṫ tota ps illa in ptes ꝓporˡᵉˢ v̄ſus. d. ⁊ ſequiṫ ſi pª pars ꝓporˡⁱˢ illiꝰ ptis ipediet actionē ad. d. pūctū ꝑ aliq̄ latitudinē. ḡ per idē 2ª tātū ipediet ſicut pª. ſicut. n. eſt ſubdupla ad pᵃᵐ: ita ſm̄ ſe totā eſt in duplo ꝓpinquior. d. pūcto q̄ eſt pª pars ꝓporˡⁱˢ: ⁊ per idē 3ª tātū ipediet ſicut 2ª: ⁊ ſic in īfinitū. ḡ oēs ille ptes ipediēt tātū vel plus ad. d. pūctū q̄ a. luminoſum ad illū ſufficiat agere: ⁊ per ɔ̄ñs ad. d. non erit actio. ¶ Ad idē arguiṫ ꝙ ſcda pars ꝓporˡⁱˢ tātū ipediet ſicut pª: qa ſit. e. pūctꝰ medius inter pͥmā ptē ꝓportionalē ⁊. d. pūctū. vʒ. terminās 2ᵃᵐ: ⁊ capiaṫ pūctꝰ imediatꝰ illi pͥme pti ꝓportionali qui ſit. f. ⁊ arguiṫ ſic. Si pª pars ꝓportionalis eēt ablata ad iſtū pūctū. f. terminātē pͥmā eēt certꝰ gradus luminis actus ad quē pūctū nūc eſt actꝰ gradus in certa ꝓportione remiſſior. Sʒ ſcda pars ꝓporˡⁱˢ eq̄ bñ approximaṫ ad. e. pūctū ſicut pª ad pūctū datū. f. terminātē pͥmā: ḡ nō minus q̄ ſubduplū impediet 2ª pars ad. e. pūctū q̄ pª ad pūctū terminātē pͥmā qui ſit. f. Sʒ pª pars ꝓportionalis plus q̄ in duplo meliꝰ applicaṫ. f. puncto q̄. e. pūcto. ḡ pª pars ꝓporˡⁱˢ plus q̄ in duplo maiorē latitudinē ipediet ad. f. q̄ ad. d. Et ſi ſic totū impedimētū ſcde ptis ꝓportionalis ad. e. pūctū eſt maiꝰ q̄ impedimētū

pedimētuʒ prime ad eandeʒ. Minor pʒ: q2 p^a pars ꝓpor tionalis eſt imediata.f.c nō.e.pūcto. Et ex ꝯñia ſic arguit. Capiat latitudo per quā 2ª pars ꝓportionalis impediet actionē ad.e.punctū: ⁊ tota latitudo per quā p^a pars ꝓportionalis impedit ad eandeʒ que eſt minor: tunc vt poſt arguet: omne tale luminoſuʒ agit vnifor' diſformiter in mediuʒ vniforme. Dcī ergo tota latitudo que in pn° fuit acta inter.e.⁊ extremū cui applicat luminoſuʒ. Et ſequit exquo i^a latitudo fuit vnifor' diſformis deducta ꝑma pte ꝓportionali ⁊ ſcd̃a latitudo acta ibi deducta ꝑma parte ꝓportionali eſt vnifor' diſformis: ergo latitudo per quā impediet a ſcd̃a parte ꝓportionali eſt vnifor' diſformis: q2 ex duabus latitudinib⁹ quaꝝ vna eſt vnifor' diſformis non fit latitudo vnifor' diſformis niſi vtraq3 fuerit vniformiter diſformis: vt ꝓbat vbi tangit de inductiōe g° luminis: ⁊ vtraq3 latitudo per quā ipedit terminat ad nō gradum ad luminoſuʒ: ḡ ad oēm punctū iter.e.⁊ luminoſuʒ eſt maius ipedimentū per ſcd̃aʒ partē ꝓportiōalez q̄ʒ per ꝑmā: ⁊ vtraq3 latitudo eſt vnifor' diſformis. Seq̄t ergo ꝙ ad d.punctū tātū vel plus impediet ſcd̃a pars ꝓportionalis ſicut p^a: ⁊ per ſile ar^m 3^a tantū vel plus ſicut 2^a ⁊ ſic in ifi^m: ergo ad illum.d.punctū nihil erit actū qđ fuit ꝓbandum. ¶ Sequit igit illud ꝓbādum.ſ.ꝙ ad nulluʒ punctū erit remiſſio luminis ſtante luminoſo niſi rōne indiſpoſitiōis inter punctū ⁊ illud luminoſuʒ agēs. cū ergo inter luminoſum ⁊ punctū imediatū ſibi nulluʒ ſit mediū qđ indiſponi poſſit: ſequit ꝙ qualīcūq3 mediū remoti⁹ a luminoſo indiſponeret ad punctū ſibi imediatū nunq̄ʒ remitteret lumen: ideo nulluʒ ar^m ad oppoſitū ꝓcedit: q2 qđlʒ ſup hoc depēdet. vʒ. ꝙ indiſpoſitio mediȷ ad punctū ime^m ipediretur ſicut ad puncta intrinſeca qđ eſt iprobatū.

2^m du^m. Ad ſecūdum ergo arguit ꝑmo ꝙ luminoſum nō pōt agere latitudinē vni' diſformē a gradu ſuo vſq3 ad nō gradū per mediū vniforme: ⁊ hoc vnifor': q2 ſi ſic ſit.b.illud mediū ⁊.a.luminoſuʒ. Et arguit ꝙ.a.agit per totū mediū infinitū.ſ.ſi.b. ſit infi^m in cui⁹ aliquā ptē agit. ⁊ 2° ꝓbat ꝙ agit g^m infinitū luminis. ⁊ 3° ꝙ ad nulluʒ punctū aliquē g^m aget. ¶ Primū ſic ar'. Sit.b.mediuʒ infi^m in cui⁹ aliquā pteʒ agit. ꝓbat ꝙ.a.agit per totū: q2 ſi nō ſit.c.punct⁹ vbi ſua actio terminat: ⁊ ſit.d.punct⁹ medi⁹ inter.a.c.ar' tūc ſic. Ad pūcta remotiora eque intēſum g^m aget ſicut ad ꝓpingora ſi eſſet eque ꝓpiquū illis: ḡ nulla eſt cā: quare remiſſius agit ad puncta remotiora q̄ʒ ad ꝓpingora: niſi qa plus ab illis punctis remotiorib⁹ diſtat: ḡ ſicut pūcta ſunt remotiora: ita ad illa eſt g° luminis remiſſior act⁹. Cuʒ ḡ.c.per in du° plus ꝑcīſe diſtet ab.a.q̄ʒ.d. diſtat ab.a.ſeq̄t ꝙ in duplo remiſſior g° luīs agit ad.c.q̄ʒ ad.d.⁊ per ꝯñs.a.ad.c.ſufficit agē aliquē g^m: ⁊ ſi ſic ad punctū remotiorē pōt agere g^m aliquē remiſſiorē: ḡ ad.c.nō terminabit ſua actio: ⁊ ſic de ol alio pūcto eſt arguēduʒ: ergo nullibi terminabit ei⁹ actio: ḡ per totū ageret. pʒ ḡ primuʒ.

2 ¶ Scd̃m ſic ar'. Ad.d.punctū eſt aliq̄s g° act⁹ ⁊ ad pūcta ꝓpingora.a.agit g° intēſior pp ꝓpinquitatē maiorē: ergo ſicut pūcta ſunt ꝓpingora.a.q̄ʒ eſt.d.pūct⁹: ita ad illa agit gradus intēſior q̄ʒ ad.d.ſʒ infi^m ꝓpingor eſt aliq̄s pūct⁹.b. ipſi.a.q̄ʒ eſt.d.ḡ in ifi^m intēſior gradus agit ad aliquē punctū.b.q̄ʒ ad.d.⁊ ad.d.aliq̄s cert⁹ g° eſt act⁹: ḡ infi^m intēſus

3 gradus agit ad aliquē punctū qđ fuit ꝓbāduʒ. ¶ Tertiū ſic ar' vt ꝑus in ifi^m ꝓpingor eſt aliq̄s punct⁹.b.a.q̄ʒ eſt.d. ergo infi^m intēſior g° agit ad aliquē punctū.b.q̄ʒ ad.d. ſed ad nulluʒ punctū agit g° infinit⁹: q2 nullus g° intēſior q̄ʒ eſt gradus.a.luminoſi: ḡ īfinite remiſſius g° agit ad.d.qđ fuit intētuʒ. ¶ Ad idē ſic ar'. Agat.a.lumioſuʒ in.b.c. media: ⁊ ſit.b.in duplo dēſius.c.⁊ ſit.d.vnus punct⁹ in.b. ⁊.e. vn⁹ in c.eq̄ualr diſtāces ab.a.tūc.a.remiſſius lumē agit ad.d.pūctū q̄ʒ ad.e.cui⁹ cā eſt denſitas maior in.b.q̄ʒ in.e. ḡ ꝓportionabilr ſicut.b.eſt denſi⁹.c.ita remiſſior g° agit ad.d.punctū q̄ʒ ad.e.pōat ḡ ꝙ ad.d.agat ḡdus ſubduplus ad g^m.a. ⁊ ſeq̄t per arg^m factū ꝙ ad.e.aget gradus.a.⁊ ad oēm punctū iter.a.⁊.e.aget g° intēſior q̄ʒ ad.e.ḡ ad oēm citra.a.erit g° intenſior q̄ʒ eſt g°.a.⁊ ad punctū imediatū ipſi.a.nō erit gradus intenſior: ergo illud lumen nō erit vnifor' diſfor'.



c.mediū denſuʒ vt.2. b.mediū denſuʒ vt.4.

